



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Evtropii De Gestis Romanorvm Liber Decimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

515

EVTROPII DE GESTIS

ROMANORVM LIBER

DECIMVS.

CONSTANTIVS.



IS igitur abeuntibus in administrationem Reipub. Constātius & Galerius Augusti creati sunt: diuisusq; est inter eos ita Romanus orbis, ut Gallias, Italiā, Africā Constātius; Illyricum, Asiā, Orientē Galerius obtineret: sumptis duobus Caesaribus. Cōstantius tamen cōtentus dignitate Augusti, Italiā, atq; Africā administrandā sollicitudinē recusauit. Vir egregius & prāstātissimā ciuilitatis: diuitijs provincialiū, ac priuatorū studens: fisci cōmoda non admodū affectans, dicensq; melius publicas opes à priuatis haberi, q̄ intra unū claustrū referuari. Adeo autē cultus modici, ut feriatīs diebus si amicis numerosioribus esset epulandum, priuatorū ei argento hostiatim petito tridinia stererentur. Hic nō modo amabilis, sed etiā uenerabilis Gallis fuit, prācipue quod Diodetiani suspectā prudentiā, & Maximiani sanguinariā temeritatē imperio eius euaserant. Obijt in Britānia Eboraci, principatus anno XIII. atq; inter diuos relatus est. Galerius uir & probe moratus, & egregius in re militari, cū Italiā quoq; sinente Constātio administrationi suā accessisse sentiret, Caesares duos creauit, uidelicet Maximianū, quē Oriētī prāfecit: & Seuerū, cui Italiā dedit. Ipse in Illyrico cōmoratus est. Constantio mortuo, Constantinus ex obscuriori matrimonio eius filius, in Britānia creatus est imperator: & in locum patris exoptatissimus moderator accessit. Romā interea prātoriani excitato tumultu, Maxentiū Herculiū filiū, qui haud procul ab urbe in uilla Publica morabatur, Augustū nuncupauerunt: quo nuntio Maximianus Herculus ad spem erectus resumendi fastigij, quod inuitus amiserat, Romā aduolauit è Lucania, quā sedē priuatus elegerat in agris amcenissimis consenscens: Diodetianūq; etiā per literas adhortatus est, ut depositam resumeret potestātē: quas ille irritas habuit. Sed aduersum motū prātorianorū atq; Maxentiū, Seuerus Caesar Romā missus à Galerio cū exercitu uenit: obsidensq; urbem, militū suorū scelere confossus est. Auctā Maxentio opes, confirmatūq; imperiū: Seuerus fugiens, Rauennā interfectus est. Herculus tamen Maximianus post hāc in conuisione exercituum filium Maxentium denudare conatus, seditionem & conuitia militum tulit. Inde ad Gallias profectus est, dolo composito tanq̄ à filio esset expulsus, ut Constantino genero iungeretur: moliens tamen Constantinū reperta occasione interficere, qui in Gallijs & militū & provincialiū ingēti iā fauore regnabat, caesis Frācis, atq; Alemānis, captisq; eorū regibus, quos etiā bestijs,

cum

cum magnificum spectaculum innumeris parasset, obiecit, detectis insidijs per Faustam filiam, quæ dolum uiro nuntiauerat: profugit Hercules Massiliam, ibiç oppressus (ex ea enim nauigare ad filium præparabat) pœnas dedit in faustissimi exitij: Vir ad omnem asperitatem, sauitiamç procliuus, infidus, in commodus, ciuilitatis penitus expers.

CONSTANTINVS, ET LICINIVS AVG.



Er hæc tempora, à Galerio Licinius imperator est factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine, & in bello, quod aduersum Narseum gesserat, laboribus strenuus, & officijs acceptus. Mors Galerium confestim secuta est. Respublica tum ab his quatuor imperatoribus tenebatur, Constantino, Maxentio, filijs Augustorum Licinio & Maximiano nouis hominibus. Quinto tamen Constantinus imperij sui anno, bellum aduersum Maxentium ciuile comouit: Copias eius multis prælijs fudit: Ipsum postremo Romæ aduersus nobiles omnibus exitijs sauientem, apud pontem Miluium uicit, Italiâç est potitus. Maxentium suppositum ferunt arte muliebri, tenere mariti animi laborantis auspicio gratissimi partus cœpti à puero. Non multo post deinceps in Orientem quoç aduersus Liciniũ Maximianus res nouas molitus, uicinum exitiũ fortuita apud Tarsum morte præuenit. Constantinus tamen uir ingens, & omnia efficere nitens quæ animo præparasset: simul principatum totius orbis affectans, Licinio bellum intulit: quàmuis necessitudo illi & affinitas cum eo esset: nam soror eius Constantia nupta Licinio erat: ac primo eum in Pannonia, secundo ingenti apparatu bellum apud Cibalias instruentem, repentinus oppressit, omniç Dardania, Mœsia, Macedonia potitus, numerosas prouincias occupauit. Varia deinceps inter eos bella & pax recõciliata, ruptaç est. Postremo Licinius, nauali & terrestri prælio uictus, apud Nicomediam se dedidit: & contra religionem sacramenti Thessalonica priuatus occisus est. Hic Licinius annum dominationis ferè post quintumdecimum, uitæ proxime sexagesimum occiditur, auaritiæ cupidine omnium pessimus, neq; alienus à luxu uenereo: asper admodum haud mediocriter impatiens: infestus literis, quas propter incitiam immodicam, uirus, ac pestem publicam nominabat, præcipue forensam industriam. Agraribus planè ac rusticantibus, quod ab eo genere ortus, aliusç erat, satis utilis, ac militiæ custos: ad ueterum instituta seuerissimus. Spadonum, & aulicorum omnium uehemens domitor, tineas, soricesç palatii eos appellans. Eo tempore res Romana sub uno Augusto, & tribus Cæsaribus, quod nunquam aliàs, fuit: cum liberi Constantini Gallia, Orienti, Italiaç præessent. Verũ insolentia rerum secundarum, aliquantulũ Constantinũ ex illa fauorabilis animi docilitate mutauit, primũ necessitudine psecutus egregiũ uirũ & sororis filiũ, comoda indolis iuuenẽ interfecit: mox uxorẽ, post numerosos amicos: Vir primo imperij tẽpore optimis principibus, ultimo medijs comparadus. Innumera in eo animi, corporisç uirtutes claruerunt. Militaris gloriæ appetentissimus

appetentissimus, fortuna in bellis prospera fuit: uerū ita, ut non superaret industriam. Nam etiā Gothos post ciuile bellum uarie profligauit: pace his ad postremum data, ingētemq; apud Barbaras gentes memoriæ gratiam collocauit. Ciuilibus artibus & studijs liberalibus deditus, affectator iustitiæ & amoris, quem omnino sibi & liberalitate, & docilitate quæsiuit. Sicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius: nihil occasionum prætermittens, quo opulentiores, clarioresq; eos præstaret. Multas leges rogauit: quasdam ex bono & equo, pluresq; superfluas, nonnullas seueras. Primusq; urbem nominis sui ad tantum fastigium uehere molitus est, ut Romæ æmulam faceret. Bellum aduersus Parthos molis, qui iam Mesopotamiā fatigabant: uno & trigesimo anno imperij, ætatis sexto & sexagesimo, Nicomediæ in uilla publica obiit. Denūciata mors eius etiam per crinitā stellam, quæ inusitata magnitudinis aliquandiu fulsit. Eam Græci *κομήτιω* uocant, atq; inter diuos meruit referri.

CONSTANTIUS, CONSTANTINVS, ET CONSTANS.

IS SVCCESORES filios tres reliquit, atq; unū fratris filium. Verum Dalmatius Cæsar prosperrima indole, neq; patruo absimilist: haud multo post oppressus est facinore militari, & Constantio patre suo sinente potius q̄ iubente. Constantinum porro bellum fratri inferentem, & apud Aquileiam incōsultius prælium aggressum, Constantij duces interemerunt. Ita Resp. ad duos Augustos redacta est. Constantij imperium strennuū aliquandiu, & iustum fuit. Mox cum & ualetudine improspe-
ra, & amicis prauioribus uteretur: ad grauiā uitia conuersus, cum intolerabilis prouincialibus, militibus iniucundus esset, factione Maxentij occisus est. Obiit haud longe ab Hispanis, in castro, cui Helenæ nomen est, anno imperij xvii. ætatis xxx. per omne tēpus sine graui crudelitate terribilis. Diuersa Constantis fortuna fuit. à Persis em̄ multa & grauiā p̄pessus, sæpe captis oppidis: obsessis urbibus, cæsis exercitibus: nullumq; ei contra Saporem regem Persarū prosperum bellum fuit, nisi quod apud Singarum haud dubiam uictoriā, ferocia militum amisit: qui pugnam seditiose & stolide contra rationem belli die iam præcipiti poposcerunt. Post Constantis necem, Maxentio Italiam, Africam, Gallias obtinēte, etiam Illyricum nouas res habuit, Vetracione ad imperium consensu militum electo: quem grandæuum iam, & cunctis amabilem, diuturnitate & felicitate militiæ ad tuendum Illyricum principem, creauerunt: uirum probum, & morum ueterum, ac iucundæ ciuilitatis: sed omnium liberalium artium expertem, adeo, ut nec elementa quidem primarum literarum nisi grandæuus & imperator acceperit. Sed à Constantino, qui ad ultionem fraternæ necis bellum ciuile commouerat: abrogatum est Vetracioni imperium, qui nouo, inusitatoq; more, consensu militum deponere in signe compulsus est. Romæ quoq; tumultus fuit, Nepotiano Constantini sororis filio per gladiatoriam manū imperium uindicante: qui sæuis exordijs dignum exitium nactus est. Vigesimo
Y enim

enim atq; octauo die à Maxentianis ducibus oppressus, pœnas dedit. Caput eius pilo per urbem circūlatum est. grauiſſimæ proſcriptiones, & nobilium cædes fuerūt. Non multo post Maxentius apud Murſam proſtigatus acie est, ac penè captus. Ingētes Romani imperij uires ea dimicatione cōſumptæ sunt, ad quælibet bella externa idoneæ: quæ multū triūphorū poſſent ſecuritatisq; conferre. Morienti mox Conſtātino, Cæſar est datus patruī filius Gallus: Maxentiusq; diuerſis prælijs uictus, uim uitæ ſuæ apud Lugdunum attulit, imperij anno III. menſe VII. Frater quoq; eius Senonis, quem ad tuendas Gallias Cæſarem emiſerat. Per hæc tempora etiā à Constantio, multis inciulibus geſtis, Gallus Cæſar occiſus est: Vir natura ferox, & ad tyrannidem pronior, ſi ſuo iure imperare licuiſſet. Siluanus quoque in Gallia res nouas molitus, ante diem XXX & ipſe extinctus est.

C O N S T A N T I V S.



SOLVS in imperio Romano eo tēpore Conſtātius princeps & Augustus fuit. Mox Iulianū Cæſarem ad Gallias miſit patrualem ſuū Galli fratrem, tradita in matrimonium ſorore: cum multa oppida Barbari expugnaffent, alia obſiderent, ubiq; fœda uafſtitas erat, Romanūq; imperium dubia iam calamitate nutaret: à quo modicis copijs apud Argentoratū Gallia urbem, ingentes Alemannorū copiae extinctæ ſunt. Rex nobiliſſimus captus, Gallia reſtituta. Multa poſtea per eundem Iulianū egregia aduerſum Barbaros geſta ſunt. Submotiq; ultra Rhenū Germani, & finibus ſuis Romanū imperium reſtitutum. Neq; multo poſt cum Germani etiā exercitus à Galliarū præſidio tollerentur, cōſenſu militū Iulianus factus est Augustus: Interiectoq; anno ad Illyricū obrinēdum profectus est, Constantio Parthiſis prælijs occupato: qui rebus cognitis, ad bellum ciuile cōuerſus, in itinere obiit inter Ciliciā, Cappadociaq; anno imperij VIII & XXX. ætatis V & XL. meruitq; inter diuos referri. Vir egregiæ tranquillitatis, placidus nimium, amicis & familiaribus credens. Mox etiam uxoribus deditior: qui tamē primis imperij annis ingenti ſe modeſtia egerit: familiarū etiam locupletator, neq; inhonoratos ſinens, quorum laborioſa expertus fuiſſet officia. Ad ſeueritatem tamen propenſior, ſi ſuſpicio imperij moueretur: mitis aliās, & cuius in ciuilibus magis, quàm in externis bellis ſit laudanda fortuna.

I V L I A N V S.



INC Iulianus rerum potitus est, ingentiq; apparatu Parthiſis intulit bellū: cui expeditioni ego quoq; interfui. Aliquot oppida & caſtella Perſarum in deditionem accepit, uel ui oppugnauit: Aſſyriaq; populatus, caſtra apud Cteſiphontē ſtatiua aliquandiu habuit. Re meansq; uictor, dum ſe incōſultius prælijs inferit, hoſtili manu interfectus est VI. Calen. Iul. imperij anno VII. ætatis altero & XXX. atq; inter diuos relatus est. Vir egregius, & Remp. inſigniter moderaturus, ſi p̄ fata licuiſſet. Liberalibus diſciplinis

disciplinis apprime eruditus, Græcis doctior, atque adeo, ut latina eruditione nequaquæ cum Græca scientia conueniret. Facundia ingenti & prompta: memoria tenacissima atque amplissima: in quibusdā Philosopho propior. In amicos liberalis, sed minus diligens, quàm principem decuit: Fuerunt enim nonnulli qui uulnera gloriæ eius inferrent. In prouinciales iustissimus: & tributorū quatenus fieri posset, oppressor. Ciuilis in cunctos, mediocrem habens ærarij curam. Gloriæ auidus, ac per eam animi plerunquæ immodici. Nihil religionis CHRISTIANAE insectator, perinde tamen, ut cruore abstineret. Marco Antonio non ab similibus, quem etiam æmulari studebat.

IOVINIANVS.



IOVINIANVS genitus patre Varroniano, incola agri Singidonensis, prouinciæ Pannoniæ. Eius patri, cum liberos crebro amitteret, præceptum in somnio est, cum, qui iam instate uxoris partu ædendus foret, diceret Iouinianū. Hic fuit insignis corpore, latus ingenio, literarum studiosus. Ad obtinendū imperium consensu exercitus lectus est, cōmendatione patris militibus, quàm sua notior: qui iam turbatis rebus, exercitu quoque inopia laborante, uno à Persis atque altero prælio uictus, pacem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem fecit: mutatis finibus, ac nonnulla imperij Romani parte tradita, quod ante eum annis CCC & XX duobus ferè, ex quo Romanum imperium cōditum erat, nunquæ accidit, quin etiam legiones nostræ, ita, ut apud Caudium per Pontium Telefinū, & in Hispania apud Numantiam, & in Numidia, sub iugum missæ sunt: ut nihil tamen finium traderetur. Et pacis conditio non penitus reprehendenda foret: Ipsi fœderis necessitate, tum cum integrū fuit, multa reuoluisset. Sicut à Romanis omnibus his bellis, quæcūque memorauimus, factū est: nam Samnitibus, & Numantinis, & Numidis confestim bella illata sunt: neque pax rata fuit, sed dum æmulum imperij ueretur, intra orientem residens, gloriæ parum consuluit. Itaque iter ingressus, atque Illyricū petens, in Galatiæ finibus repentina morte obiit: uir aliàs neque iners, neque imprudens. Multi exanimatū opinantur nimia edulitate: inter cœnandum enim nimis epulis indulserat. Alij odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis, graue quiescentibus erat. Quidam nimietate prunarum, quas graui frigore adoleri multas iusserat. Decessit imperij mense VII. XIII Calend. Mart. ætatis, ut qui plurimum uel minimum tradunt, III & XX anno: ac benignitate principum, qui ei successerunt, inter diuos relatus est: nam & ciuilitate propria, & natura admodum liberalis fuit. Is status erat Romanæ rei, Iouiniano eodem & Varroniano CCCC. anno urbis conditæ M. CIX & X. Quia autem ad indyotos principes, uenerandosque peruentum est, interim operi modum dabimus: nam reliqua stilo maiore adijcienda sunt: quæ nunc non tam prætermittimus, quàm ad maiorem scribendū diligentiam reseruamus.

Sic uidet se/
gendū. Et pa/
cis conditio
nō penit⁹ re/
prehendēda
foret, ipsa fœ/
deris necessi/
tate, si tū cū
integrū fuit,
multa reuol/
uisset.